Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



90

me mestro mira que no sentiat.
Israel domino primicie frugum
eius. Omnes qui devorant eum
delinquunt: mala venient super eos
dicit dominus. Audite verbum do
mum domus Iacob. et omnis cognatio
domus Israel. Hec dicit do.
Quid invenerunt patres vestri in me i
niquitatis. quia elongaverunt se a
me. et ambulaverunt post vanitatem.
et vani facti sunt. et non dixerunt
ubi est dominus. qui ascendere nos
fecit de terra egypti. qui transduxit nos
per desertum. per terram inhabitabilem
et inviam. per terram sitis. et umbre mortis.
per terram qua non ambulavit vir. neque habitavit ho
mo ibi. et introduxi vos in terram carmeli ut
comederetis fructum eius. et optima
illius. ingressi autem contaminastis terram
meam. et hereditatem meam posuistis in abominationem. Sacer
dotes non dixerunt ubi est dominus.
et tenentes legem nescierunt me.
Et pastores prevaricati sunt in me.
et prophete prophetaverunt in baal. et
ydola secuti sunt. Propterea adhuc
iudicio contendam vobiscum ait
dominus. et cum filiis vestris disputa
bo. Transite ad insulas cethim
et videte. et in cedar mittite. et consi
dite vehementer. et videte si factum est
huiusmodi. Si mutavit gens deos
suos. et certe ipsi non sunt dii. Po
pulus meus mutavit gloriam suam
in ydolum. Obstupescite celi super
hoc. et porte eius desolamini vehe
menter dicit dominus. Duo enim
mala fecit populus meus. me dereli
querunt fontem aque vive. et fodi
verunt sibi cisternas dissipatas. que
videlicet non valent aquas continere.

Numquid
sunis est israel aut vernaculus. Ecce
ergo factus est in predam. Super eum rugi
erunt leones. et dederunt vocem su
am. posuerunt terram eius in solitudi
nem. Civitates eius exuste sunt.
et non est qui habitet in eis. Filii
quoque memphis et taphnes con
fregerunt te usque ad verticem.
Numquid non hoc fecit tibi quia de
reliquisti dominum deum tuum. eo tempore qui
ducebat te per viam. Et nunc quid tibi
vis in via egypti ut bibas aquam
turbidam. et quid tibi cum via assy
riorum ut bibas aquam fluminis.
Arguet te malitia tua. et aufe
ret te. Scito et vide. quia
malum et amarum est reliquisse te
dominum deum tuum. et non esse timorem
eius apud te. dicit dominus
deus exercituum. A seculo confregisti
iugum meum. rupisti vincula
mea. et dixisti non seruiam. In om
ni enim colle sublimi. et sub omni
ligno frondoso tu prostrebaris mi
cetis. Ego autem plantaui te vine
am meam electam. omne semen
verum. Quomodo ergo versa es in
pravum vinea aliena. Si lauas te
nitro. et multiplicaueris tibi herba
borith. maculata es in iniquitate
tua coram me dicit dominus. Quo
modo dicis non sum polluta.
post baalim non ambulaui. Vi
de vias tuas in valle. scito quid fe
ceris. Cursor lenis explicans vias
suas. onager assuetus in solitudi
ne. in desiderio animae sue attrax
erunt amores eius. nullus auferet
eum. Omnes qui querunt eum non de
ficient. in menstruis eius inve
nient eum. Prohibe pedem tuum a
nuditate. guttur tuum a sitiet